Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uos de ista famula Dei. N. per ipsum uos coniuro, cui nomen est Thesus Nazarenus filius dei uiui, quem rex Herodes interficere uoluit, propter quem etiam interfecti sunt innocentes, per eorum sanguinem uos coniuro, ut ab ista famula Dei. N. recedatis: per ipsum uos exorciso, qui cum matre sua fugit in Ægiptum: Item per ipsum uos coniuro, quem Pilatus crucifixit, et cuius latus Longinus miles cum lancea apperuit: per ipsum uos coniuro, qui in cruce ad patrem clamauit dicens, Helij, Helij lamazabathani: per ipsum uos coniuro, qui in cruce mortuus, et sepultus est, et qui ad inferna descendit et fregit, et Adam et Euam cum omnibus suis dilectis inde eduxit per uirtutem istorum omnium articulorum ipse uos eijciat et expellat ab ista famula Dei. N. et projiciat uos in profundum inferni, ut de cætero nullam potestatem super illam famulam habeatis, quod nobis præstare dignet, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Deinde obsessa inducatur, ut faciat confessionem, de omnibus pctis suis.

Oratio.

Domine Thesu Christe, quoniam propter transgressionem Adæ et Euæ, et suggestionem serpentis inter hominem et serpentem inimicitias posuisti, ut serpens antiquus calcaneum hominis callidè obseruaret, et ipse homo caput serpentis contereret. Da, ut conteratur per tuam gratiam in hac famula tua. N. omnis